

DE MARCO AURELIO

Marcus Aurelius, imperator Romanorum, natus Romae die 21 mensis Aprilis anno p. Chr. n. 121, regnavit ab anno 161 usque ad annum 180, quo mortuus est die 17 mensis Martii 180 Vindobonae. Reliquit scripta quae postuma edita et εἰς ἑαυτόν inscripta sunt; quorum duodecim libris agitur de imperatoriis vita eiusque sententiis, quas propriis rerum hominumque observationibus et libris maxime philosophorum nisus composuit. A Frontone aliisque viris doctis optime litteris iuvenis institutus, postea vir rebus politicis impensis deditus, non iam tantopere atque adulescens olim artibus liberalibus et philosophia navare poterat operam; et imperator anno 161 factus tot negotiis occupatus erat, ut cotidie veneno frui ad vires corporis excitandas cogeretur; venenum pulvere carnis viperinae pane mixtum princeps in dies edebat, ut Galenus 14, 3-5 narrat; idem medicus medicamenta imperatori parabat, ut exempla afferam κτηναρών 14, 64; theriaca quoque utebatur (14, 24-25), quem imperatorum morem cives Romani divites sequebantur; imperatore mortuo ille mos insanissimus esse desiit; febribus porro saepe M. Aurelius laborabat (Galenus 14, 657) quae coma (χῶμα), morbum periculosum, comitabantur. Qua veneni edendi perpetua consuetudine et corporis nervi et mentis linguaeque facultates perquam debilitabantur, ut princeps neque clare neque continuo cogitare posset neque integrum sententiam totam dicere; satis lente loquebatur, eiusque vultus in statua Capitolina monstrant perspicue insignia morbi eius, quem coma medici nominare solent; imperator solum magna cum intentione oculos apertos tenere potest. Galenus M. Aurelium probum (χρηστόν) et humanum (φιλάνθρωπον) fuisse iudicat (14, 650). M. vero Aurelius ipse Galenum unicum philosophum aequalium esse existimavit (14, 660), quo quidem de Galeno iudicio ille imperator vir criticus numquam possit haberi. M. Aurelio denique mortuo

multis annis post commentarii *εἰς ἑαυτόν* a quodam philosopho in lucem editi sunt, ut equidem arbitror, quia Galenus († circa 200 p. Chr. n.) nusquam eorum mentionem fecit.

Auctor libri in animo semper habebat, «veritatem quaere-re, a qua nemo umquam laesus est» (VI 21, 2); unde omnia vera neque simulata esse patet, quae hoc opusculo leguntur. Praeterea his verbis, quae sequuntur, M. Aurelius semetipsum allocutus esse videtur: quamquam te dialecticum et physiologum fore desperas, tamen noli desperare te liberum et verecundum et societatis diligenter et deo obedientem esse» (VII 67, 3). Ex quo dicto sequitur manifesto imperatorem praeceptis philosophiae moralis observan-dis potissimum navasse operam et virum philosophiae activae, non contemplativae deditum fuisse. Postremo idem scriptor effatur: «nat-*ura mea rationalis (λογική)* est et rerum publicarum prorsus parti-*ceps (πολιτική)*; ut Antonino mihi Roma urbs et patria cordi est, ut homini orbis terrarum» (VI 44, 5-6).

Ut ego ipse quam brevissime de imperatoris opusculo iudicem, haec tantum dico: fuit conamen non fortunatum viri ad imperium non bene apti neque nati, mediocris ingenii, aegroti corporis, mo-rem philosophorum imitantis de sua atque aliorum vita cogitare et praecepta argumentaque moralia ad vitam propriam feliciter agen-dam colligere; denique rudis indigestaque moles Stoica facta est, quae propter rerum varietatem nihilo setius cuvis homini solum partem libri legenti placere potest. Qui modus flores excerptendi, quem M. Aurelius apud Frontonem didicerat, omnes codicum scri-bas et lectores in temptationem duxit, ut propriis cogitationibus assi-milibus breviores dicendi formas imperatoris supplerent vel muta-rent; qua ratione tot menda in Aurelii verba irrepserunt, ut maculas cunctas eluere perdifficile semper esse videatur: Ea praecipue usus sum editione, quam Henricus Schenkl (Lipsiae 1913, Teubneriana) confecit; ultro editionem in Anglia factam ab A. S. L. Farquharson (Oxford] 1944) adhibui; ad extremum eius editionis animo grato me-mini, quam fecit Guilelmus Theiler, professor Bernensis (Helvetiae), in aedibus Artemidos Turici (Zürich 1951), quo libro ad profundius omnino philosophi stoici Romani imperatoris studium adductus sum.

I 3, 1 ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπινοίας γίνεσθαι: hic ἐπινοία significat consilium vel voluntatem bene consideratam, quae pertinet ad philosophiam

moralem. Auctor non solum abstinet ab actione mala, sed etiam a consilio vel impulsu et instinctu male agendi sese arcet; γύγνεσθαι cum genitivo indicat qualitatem vel facultatem hominis; ἐπίνοιας γύγνεσθαι τοιάυτης=tali voluntate vel impulsu affectum esse; ad ἐπίνοιαν cf. Euripid. Phoeniss, 408. Xenoph. Cyropoed. II 3, 19.

I 4, 3 δτι εἰς παντοῖα <μαθήματα> δεῖ ἔχτενῶς ἀναλίσκειν. Loco εἰς τὰ τοιαῦτα, quod mutilum videtur esse, scripsi εἰς παντοῖα addens <μαθήματα>, quod plurali antecedenti ἀγαθοῖς διδασκάλοις per quam commodnm iudicari potest. Ad παντοῖα referendum est ex illa parte παν- factum esse τὰ et ex reliqua parte -τοῖα per dittographiam quandam τοιαῦτα ita ut μαθήματα syllaba similiter desinente ac τοιαῦτα omitteretur.

I 5, 1 μῆτε Σχουτάριος. Ter μῆτε antecessit; inde patet non ἦ sed μῆτε item ante Σχουτάριος ponendum esse; neque enim est inter palmularium et scutarium alternatio; sed exclusio perfecta; quamobrem ἷ admitti nequit.

I 6, 6 ...χαὶ Μαρτιανοῦ. Hic Martianus erat aequalis Galeni, cf. opera Galeni 14, 614-619, et 19, 13; ille Martianus non solum artis peritissimus medicae, sed aliarum quoque artium gnarissimus fuit ut ipse Galenus, ita ut iuvenem Marcum Aurelium posset instituere varias disciplinas.

I 7, 8 in fine ...ὑπομνήμασιν, ὃν οἶχοδέν <μοι> μετέδωκεν. Excidit μοι per haplographiam ante μετέδωκεν; (MOI et MET). Iunius Rusticus philosophus Stoicus ex sua bibliotheca (οἶχοδέν) cum aliis tum adulescenti M. Aurelio Epicteti commentarios ad studium praebuit; οἶχοδέν quasi ἀπὸ κοινοῦ usurpatum videtur esse; etenim ad Rusticum pertinet, qui est verbi μετέδωκεν subiectum, et ad Marcum Aurelium (μοι) spectat, qui admodum iuvenis vel potius adulescens tulus erat, quae aetas adverbio οἶχοδέν significari potest; cf. Aristoteles, Polit. IV 11, 6 p 1295 b 16.

I 7, 7 ...μὴ ἀρκεῖσθαι ὑπερνοοῦντα ὅλοσχερῶς μηδὲ τοῖς παραλαλοῦσι ταχέως συγχατατίθεσθαι. Prior vox participii corrigenda erat ex περινοῦντα; scriba enim ὑπερ et περι prave mutavit, et alias postea librarius pro recto παραλαλοῦσι iterum περι- (ioco illius παρα) artificiosae cuiusdam anaphorae causa perperam scripsit in utroque contra participio praepositio praefixa falso adhibita est. ὑπερνοέω quadrat ad ὅλοσχερῶς et παραλαλέω quod «falsa dicere» significat, convenit ad ταχέως; nam ex celeritate dicendi crebrius multa falsa existunt.

I 9, 6 τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἴδιωτῶν καὶ τὸ ἀθεώρητον <τῶν> οἰομένων. Articulus τῶν ad οἰομένων apponendus est, quippe qui per haplographiam post -τον (in ἀθεώρητον) omitteretur; praeterea correspondent vocabula articulis pariter ornata ἴδιωτῶν et οἰομένων.

I 9, 8 τὸ ἀναλυτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ ταχτικὸν... Non καταλήψει neque καταληπτικῶς ἐξενρίσκεται δόγμα, sed modo resolutorio scientiae syllogismi doctrina obtinetur; καταλήψις enim nihil nisi simplex apprehensio sensitiva est; ἀνάλυσις autem iudicium est, quo cum alio iudicio nova sententia efficitur; librariolus sponte suā ἀνα cum κατα confundit, λυτ̄ cum ληπτ̄ deinde permutavit.

I 10, 2 ἡ σόλοικον ἡ ἀπηχές τι. Sic illud τι post ἀπηχές collocandum est, ut hiatus evitetur.

I 12 παλὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πλατωνικοῦ... ille Alexander erat non solum Platonicus, sed etiam Peripateticus utriusque scholae doctrinam in una ipsius persona illo tempore syncretismi coniungens. Galenus 14, 627 et 2, 218 eum commemorat.

I 14, 1 παρὰ Σεουγῆρου τὸ φιλόχαλον καὶ φιλάληθες καὶ φιλοδίκαιον. Severus fuit philosophus Peripateticus et hoc loco tres virtutes docuisse videtur; φιλόχαλον melius quadrat ad consequentes virtutes: ἀληθές et δίκαιον quam οἰκεῖον; propterea φιλόχαλον praetuli; cf. Aristoteles, de virtutibus 5 p 1250 b 34 τῇ ἀρετῇ ἀκολουθεῖ τὸ φιλόχαλον εἶναι. Recto nomine Severus in Verus iniuria mutato, etiam φιλόχαλον in φιλοίκειον depravatum est.

I 14, 3 ... τὸ ἐμμελὲς παὶ ὄμότονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας. Illud ἐμμελὲς ex eadem musica sumptum est atque ὄμότονον; cogitatum morale significat ἐμμελές sic ortum est, ut relinquatur ΛΜΕΛΕC; periit syllaba igitur ΕΛ. Recte autem se habet ἐμμελές, ut ex Demetrio de elocutione 297 elucet: ἡδικῶς καὶ ἐμμελῶς; cf. Plutarch. de Stoic. repugn. 11 p 1037 E.

I 16, 26 οὐχ ἐν ἀωρίᾳ λούστης. Scripsia ἀωρίᾳ, etenim ultima syllaba α per haplographiam ante λου (=Λ; olim ergo ΑΛ) periit.

I 17, 1 οἰκείους, <ἀγαθοὺς> συγγενεῖς, φίλους σχεδὸν ἀπαντας σχεῖν. Etiam ante συγγενεῖς addendum placet <ἀγαθοὺς>; in ultima parte σχεδὸν positum est figura ἀπὸ κοινοῦ αἱ φίλους et ad ἀπαντας pertinens.

I 17, 22 ἀποκαθίσαι ἐπὶ τοῦ συγχρίσεις γράφειν ἡ συλλογισμοὺς ἀναχύειν. Ad συγχρίσεις e traditis litteris συγγραφεῖς recuperandas emolumento sunt Aristotelis topica I 5, 10 p 102 b 15 et topica III 4 p 119 a 1-11, unde manifestum fit etiam de comparationibus logicis scribi

potuisse. Error librarii συγγαφεῖς pro vera lectione συγχρίσεις γράφειν quomodo sit exortus, facile ad perspiciendum est.

II 2, 2 μηχέτι σπῶ· οὐδὲ <δι>δοται. Pro οὐ δέδοται ita: οὐδὲ δέδοται scribendum est; ne permittitur quidem libris studere; syllaba δι- per haplographiam post -δε interiit.

II 2, 3 θέασαι δὲ καὶ τὸ πνευμάτιον, ὅποιόν τι ἔστιν. Sic iterum scribendum est πνευμάτιον ut in principio eiusdem capitinis καὶ πνευμάτιον; forma enim in -τιον desinens peiorativa quidem est; eadem vox in loco 2, 3 depravata est per haplographiam ante ὅποιον (id est: ΟΝ ante ΟΙΙ).

II 3, 3 ἄλλὰ ἵλεως ἀπέλθης καὶ... Pro ἀληθῶς scribatur ἀπέλθης ut II 11, 2 ἀπελθεῖν decadere; ἀληθῶς prorsus superfluum videtur.

II 11, 6 συμβαίνει <τῶν> ἀνδρώπων. Articulo τῶν usus est ad hiatum vitandum, etiam propter articulos τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς.

III 3, 4 ὅδιτος... πληρωθεῖς βολβίτῳ <τε> καταχεχρισμένος... ambo participia copula τε inter se coniungunte; τε post —τῷ (βολβίτῳ) per haplographiam omissum est.

III 3, 5 Δημόχριτον δὲ οἱ φθεῖρες, Σωκράτην δὲ ἄλλοι θῆρες ἀπέκτειναν. Socratem non iam φθεῖρες necaverunt, qui οἱ φθεῖρες ad unum omnes Democrito interficiendo aderant, praeter quos nullus iam φθείρ existebat; propterea ἄλλοι θῆρες (=animalia) Socratem occiderunt; isti θῆρες erant adversarii Athenienses, qui tamquam bestiae Socratem delebant; εἰ et η eadem ratione pronuntiabatur, unde bis φθεῖρες iniuria scriptum est.

III 6, 1 χρεῖττόν <τι> εύρισκεις... supplendum est τι, quod recte postea in forma χρεῖσσον τι recurrit.

III 9, 1 ἐν ταύτῃ γε πᾶν. Non τὸ πᾶν scribere licet, cum τὸ πᾶν mundum significet; solummodo πᾶν sine articulo conceditur ut II 15 initio πᾶν ὑπόληψις. Pro τὸ ante πᾶν ponendum est γε = «quidem» vel «certe»; το et γε facillimo errore inter se mutantur.

III 9, 2 τὴν πρὸς <τοὺς> ἀνθρώπους ὄικείωσιν καὶ τὴν τοῖς θεοῖς ἀχολουθίαν. Articulos post πρὸς addendus est, quia per haplographiam (πρὸς - τοὺς) excidit et correspondens τοῖς θεοῖς flagitatur.

III 12, 1 τῇ παρούσῃ κατὰ φύσιν ἐναργείᾳ..., non ἐνεργείᾳ; nam ἐναργείᾳ quadrat ad sequens ἀληθείᾳ; realitas evidens est ἐνάργεια.

III 12, 1 in fine ἐναργείᾳ καὶ τῇ, ὡν λέγεις καὶ φθέγγη, θεωρητικῇ ἀληθείᾳ... adiectivum ad ἀληθείᾳ pertinens est θεωρητικῇ pro multila

voce codicis ἡρωικῇ; veritas (ἀλήθεια) observat ea, quae dicuntur; itaque θεωρητικὴ (observans) ἀλήθεια nominatur.

III 13 πρὸς τὸ τὰ θεῖα καὶ <τὰ> ἀνθρώπινα... Si θεῖα articulo afficitur, ἀνθρώπινα quoque articulo eget. Idem exemplum duobus articulis ornatum occurrit iam III 1, 1 εἰς τὴν ἐμπειρίαν τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπείων.

IV 8 ὁ χείρω αὐτὸν ἔαυτοῦ <τὸν> ἀνθρωπὸν οὐ ποιεῖ... Articulus τὸν anteponendus est propter locutionem ordinariam αὐτὸν τὸν ἀνθρωπὸν, deinde ob formam τὸν βίον, postremo quia per haplographiam post ἔαυτοῦ articulus τὸν interiit.

IV 12, 1 ἐπ’ ὠφελείᾳ <τῶν> ἀνθρώπων... Per neglegentiam librarii tam saepe articulus perperam in libro Marci Aurelii periit.

IV 18 δίκαιον ἢ καὶ δίσιον ἢ καλοχάγαδόν. Enumerantur adiectiva ethica; mutilum illud κατατον nihil aliud erat nisi καλον una cum ἀγαθόν debet esse καλοχάγαδόν.

IV 26, 6 νῆφε ἀνειμένως. Adverbium adhibendum est, ut scribit iam Aristoteles ἀνειμένως ζῆν. Eth. Nicom. III 7 p 1114 a 5 et ἀνειμένως ὄργισθηναι. Eth. Nicom. II 4 p 1105 b 27.

IV 27, 1 συμπεφορημένος, ἀλλὰ μὴν κόσμος. Particulae codicis μὲν ἀλλὰ transponendae sunt et ἀλλὰ μὴν ut iunctura affirmativa intellegatur oportet.

IV 29, 2 φυγὰς ὁ φεύγων τὸν πολιτικὸν λόχον. Falso codex λόγον praebet; sententia fit de exule, qui societatem politicam patriamque relinquit; haec societas est λόχος. Cf. Aristoteles Politica V 8 p 1309 a 12 et Xenophon, Hieron IX, 5.

IV 29, 2 τυφλὸς ὁ καταμύων τῷ ἐντέρῳ ὅμιλοι. Agitur de nervo oculi interno, quo relaxato caecitas fieri potest; quamquam τὸ ἐντερον adhiberi solet ad internam corporis partem, tamen ex hoc vocabulo ἐντερος=internus fieri potest; cf. etiam Thesaurus linguae Latinae enteron; si ἐντέρῳ ὅμιλοι non conceditur, ἐντοτέρῳ ὅμιλοι conceditur, ἐντοτέρῳ ὅμιλοι scribendum erit.

IV 32, 1 ὑπατείας <ἢ> βασιλείας ἐπιθυμοῦντας. Particula ἢ disiunctiva addi necesse est, quam scriba in enumeratione tot rerum tam longa atque dissoluta oblitus est.

IV 32, 3 τὰς ἄλλας ἐπιγραφὰς <ἄλλων> χρόνων καὶ ὅλων ἐθνῶν. Ad illud χρόνων attributum accedere opus est; neque enim χρόνων nudum adiectivo post descriptionem duarum aetatum Vespasiani et Traiani imperatorum stare potest; propterea saltem <ἄλλων> addidi.

IV 43 ποταιμὸς προπετῆς scribendum est; adiectivum προπετῆς recte se hoc loco habet pro τις, quod in codice legitur τις est ultima syllaba vociς προπετῆς; huic adiectivo προπετῆς correspondet βίαιον in illa compositione sequente ῥεῦμα βίαιον.

IV 43 in fine ἄλλο παραφέρεται, ἄλλο δὲ ἐνεχθήσεται. Post prius ἄλλο aliud ἄλλο exspectandum est, quod scriba litteris τῷ mutilate reddidit. Falsum esset τῷ exarare; nam τῷ significaret certam et distinctam rem; verum postulatur aliquid non distinctum, sed indefinitum.

IV 44 καὶ <ἡ> ὀπώρα ἐν τῷ θέρει. Articulus abesse non debet, quia membrum sententiae praecedens iisdem articulis ac sequens illud (ἡ ὀπώρα) constructum est.

IV 46, 1 γῆς θάνατος... ὕδατος θάνατος... ἀέρος <θάνατος>. Si bis elementorum terrae et aquae interitus voce θάνατος exprimitur, etiam tertius interitus elementi aeris eadem voce θάνατος potest indicari.

IV 46, 1 Tota linea in enumeratione interitum elementorum ita excidit ἀέρος <θάνατος> πῦρ <γενέσθαι καὶ πυρὶς θάνατος γῆν γενέσθαι> καὶ ἔμπαλιν.

IV 48, 3 τὰ γὰρ ὅλα scribatur necesse est; codex enim exhibet ὅλα; ideo τὰ in τὰ mutandum est; nam ut plurale σύμπαντα significat «omnino», ita τὰ ὅλα quoque plurale potest valere «omnino». σύμπαντα Plato Leges III p 679 E.

IV 51, 1 ἔτι τὴν σύντομον <όδὸν> ἀεὶ τρέχε. Pro illo ἐπὶ scripsi ἔτι particulam enumerantem (=porro); addidi <όδὸν> quod per haplographiam excidit et quod nomem necessarium ad sequens σύντομος adhibetur oportet.

IV 51, 2 πρόθεσις κόπων καὶ πορείας. Pro στρατείας scripsi πορείας; nam librarius vocabula militaria sua sponte imperatoris Marci Aureli rationem habens adhibere maluit.

V 1, 1 ὅρθρου δταν δυσκόλως ἔξεγείρη... Propter sequens δυσκολαίνω etiam in principio δυσκόλως exarandum est; cf XI 16, 3 δύσκολον; opponitur huit δυσκόλως in V 2 εὕκολον.

V 1, 6... συγχατατήκονται τοῖς κατ' αὐτὰς (scl. τέχνας) ἔργοις ἀκοίμητοι καὶ ἀσιτοι. Non de lavando corpore, sed de quiescendo agitur, ideoque ἄλομποι falso per haplographiam scriptum est pro ἀκοίμητοι; cf. V 1, 7 οὔτε φαγεῖν οὔτε κοιμηθῆναι.

V 2 φαντασίαν ἡτοι ὀχληρὰν ἡ ἀνοίκειον. Per ἡτοι particulae disiunc-

tivae prius membrum (ἢ τοι· ἢ) recuperatur contra τὴν, quod in codice legitur.

V 6, 3 ποιήσας scribere oportet quia nomina duo masculina praestant feminino generi (ἴππος et χύων ante μέλισσα); praeterea haec tria nomina sub voce θήρ (mascul.) comprehendendi possunt.

V 6, 4 ἀνθρώπους δ' εὖ ποιήσασα οὐχ ἐπιβοᾶται. Scribatur necesse est ἀνθρώπους ex falsa codicis scriptura ἀνθρωπός; apis enim mel fabricans hominibus omnibus, non solum alicui homini beneficium parat.

V 7, 1 εὔχη <τῶν> 'Αθηναίων est supplicatio omnium Atheniensium, idcirco articulus τῶν adesse debet.

V 7, 1 ὅσον... χατὰ τῆς ἀρούρας τῆς 'Αθηνῶν. Urbs nominatur ipsa tamquam pars pro tota Attica. 'Αθῆναι hoc loco stat pro 'Αττικῇ, ut apud Herodotum IX 17; accedit quod ἀρούρα est vox poetica, ad quam forma 'Αθηνῶν concinnius copulatur; iteratio vocis «Atheniensium» per librarii socordiam facta est.

V 7, 1 in fine 'Αθηνῶν καὶ τῷ πεδίῳ. Dativus commodi primo scriptus erat, unde illud των (ex τῷ) πεδίων peius evasit. Illa supplicatio cantu rhythmico forsitan cantata sit, ut postremo hanc formam proponere conemur: ὅσον, ὅσον, ὡ φίλε Ζεῦ, χατὰ τῆς ἀρούρας τῆς 'Αθηνῶν τῷ τε πεδίῳ. Praeterea ad librum revoco quem Wilamowitz sic inscripsit «Aristoteles und Athen», ubi Marci hunc Aurelii locum (cf index) in τοῦ πεδίου non prorsus recte mutavit.

V 7, 2 in fine ἀπλῶς καὶ εὐθέρως. Noli ἐλευθέρως ponere; sed quoniam de tempore aestatis agitur, θέρος commemorari necessarium est; est adiectivum εὐθέρος aptum ad hunc locum, adverbio εὐθέρως optime hic uti possumus; cf Pollux V 108.

V 8, 12 τῆς εὐοδίας; τε καὶ <τῆς> συντελείας; articulus τῆς post καὶ supplendus est, quod nomen συντέλεια novam rem ad antecedens εὐοδία addit et quod sequens illud συμμονῆς articulo instructum est.

V 9, 3 μέμνησο δέ, δτι <η> φιλοσοφία...; articulus valde necessarius η post δτι excidit partim propter haplographiam et similitudinem scripturae τι cum η, partim propter eandem pronuntiationem litterarum τι et η; non agitur de aliqua philosophia e multitudine diversarum philosophiarum sumpta, sed de philosophia certa atque generalis.

V 10, 7 ὁ ἀναγκάσων <με> ad participium ἀναγκάτων obiectum postulatur <με> et accusativus, qui ad antecedens τὸν ἐμὸν θεόν pertinet.

V 11 ἐπανερωτᾶν ἐμαυτὸν. Hoc modo pronomen reflexivum scribatur, non ἐαυτὸν; littera μ ante ΑΥ per haplographiam omissa est; recte autem in versu antegresso τῇ ἐμαυτοῦ φυχῇ illud pronomen legitur, quod statim eadem forma repetendum est.

V 19 οἵων ᾧ χρημάτων καταξιώσῃ ἐαυτήν, τοιαῦτα ποιεῖται προσφυέστατα. Ultima sententia clara atque perspicua emendationibus meis fit; χρημάτων falsum est, pro quo χρημάτων scripsi; qua voce πράγματα in principio capitinis 19 repetuntur; ποιεῖται forma medialis ad animam (subiectum) refertur; προσφυέστατα (scil. χρήματα) sunt maxime naturae animae coniuncta. Cf Aristoteles de plantis II 6 p 826 b 3; de anima ut superiore facultate quoad intellectum. Cf Aristoteles de anima III 4 p 429 a 10; III 5 p 430 a 14.

V 23, 2 τοῦ τε παρφράγκότος καὶ <τοῦ> μέλλοντος. Articulum addidi ob eam causam, quod τὸ μέλλον (tempus futurum) plane differt a tempore praeterito.

V 24 suspicor scriptum quondam esse οὐ βραχύτατον superlativum, ut antecedens ὀλίγιστον, non autem βραχὺ quod nunc codicibus exhibetur.

V 31, 3 post πόσα, πόσων, πόσα etiam εἰς πόσους δὲ ἀγνώμονας, non εἰς ὅσους δὲ... scriptum esse verisimile est.

V 33, 4 Potius ξένον exspectandum quam κενόν codicis in illa sententia τὸ δὲ εὔδοξιμεῖν παρὰ τούτοις ξένον; istud adiectivum ξένον significat aliquid ignotum vel alienum; in eodem capite 33, 2 πολὺ τίμητα sunt res, quae plurimi aestimantur, κενὰ iure nominatae, quia valore cassae sunt; sed εὔδοξιμεῖν non est res, sed honor et auctori tas, quae non iam inveniuntur, ergo ξένον est.

V 34, 1 δύνασαι ἀεὶ εὐπορεῖν, εἴτε καὶ εὖ λέγειν, εἴτε καὶ ὁδῷ ὄπολαμβάνειν, <εἴτε> καὶ <χαλῶς> πράσσειν. In hoc uno enuntiato plura corrigenda sunt: primum εὐπορεῖν scripsi (pro illo codicis εὔροεῖν); quod verbum eleganter et scite ad Marci Aurelii filium Commodum (=εὔπορος) admonet; haec εὐπορία tribus actionibus servatur:

1. εὖ λέγειν (pro codicis scriptura εὔδειν) ad loquaciam spectat.
2. ὁδῷ ὄπολαμβάνειν ad cogitationem et ratiocinationem pertinet.
3. χαλῶς addidi ad πράσσειν, quod ad actionem et voluntatem quadrat; ad χαλῶς cf. IV 2 4, 2; ita omnes actiones adverbis exornantur; praeterea semper εἴτε scripsi pro εἴγε; nam εἴτε est explicatio ad εὐπορεῖν verbum; denique in ultima tertia parte <εἴτε> supplevi, quod post εἰν per haplographiam periit.

V 36, 4 ἀγαθαὶ ῥοπαὶ φυχῆς, ἀγαθαὶ ἀφορμαὶ... In his verbis codicis scripturam τροπαὶ in ῥοπαὶ correxi; ῥοπαὶ sunt inclinationes animi; τροπαὶ contra ad geographiam pertinent; ad ῥοπή cf. Aristoteles Ethic. Nicom. X 1 p 1172 a 23. Praeterea scripsi ἀφορμαὶ, quae sunt aversiones animi, ut Stoici docent; cf. Plutarchus: de Stoicorum repugnantiis 11 p 1037 F; ῥοπή est pars positiva, ἀφορμή pars negativa animi.

VI 13, 1 ὅτι <μὲν> οὗτος νεκρὸς ἵχθυος, οὗτος δὲ νεκρὸς ὄρνιθος ... Videletur olim parallelismus duorum membrorum affuisse, ita ut μὲν adderem et νεκρὸς illud prius scriptum ante ἵχθυος ponerem. Addere aequum est ad vinum Falernum, quod ὁ Φάλερνος VI 13, 1 occurrit, illud vinum propter qualitatem optimam ubique terrarum venisse, ut testatur Galenus 14, 77.

VI 13, 5 ὅρα γοῦν; ὅτι Κράτης περὶ... λέγει; non coniunctio, sed quaestio indirecta etiam hoc modo composite ὅτι hic scribenda est.

VI 16, 4 ἐφ' ὁ καὶ <αι> ἐπιμέλειαι ἀγουσι καὶ αἱ τέχναι. Articulus αἱ post καὶ per haplographiam periit, qui aequo atque postea ante τέχναι ponendus est.

VI 17, 2 ἀλλὰ θειότερόν ἔστι ... motus virtutis aliquid divinus est; quia duo praedicata adesse debent, non τι, sed ἔστι scribatur.

VI 19 εἰ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ ἐφικτόν, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε. Non de proprio (οἰκεῖον) agitur, sed de possibili (δυνατόν) et de ea re, quam asequi potest (ἐφικτόν); propterea etiam in ea parte, ubi δυνατόν commemoratur, illud ἐφικτόν (pro falso οἰκεῖον) ponendum est, quia οἰκεῖον ex recto ἐφικτόν mutila forma facta est.

VI 26, 2 ἐὰν ὄργιζηται. Subiectum huius verbi est τις ex VI 26, 1 initio; singularis igitur, non vero pluralis ὄργιζωνται codicis scribi debet.

VI 30, 3 οἶνον σε ἡθέλησε ποιῆσαι <η> φιλοσοφία. Articulus ἡ propter eandem fere pronunciationem syllabae finalis -αι (ποιῆσαι) periit.

VI 30, 5 πάντως Ἀντωνίου μαθητής. Omnino vel prorsus significat πάντως, quod hic se recte habet; πάντα ως falsum est, quoniam intellegi nequit; πάντως autem μαθητής optime verbis sequentibus explicatur.

VI 35, 2 ὁ ἀρχιτέχτων καὶ ὁ ἰατρός... haec verba spectant ad Galeni patrem, qui ἀρχιτέχτων erat, et ad Galenum ipsum medicum.

VI 36, 1 <ὅ> Ἀθως vel simpliciter Ἀθως scribatur propter articulos antecedentes ἡ Ἀσία et ἡ Εύρωπη.

VI 38, 1 καὶ <τὴν> σχέσιν articulum addo propter antecedens illud τὴν ἐπισύνδεσιν.

VI 38, 2 in fine καὶ γὰρ ἄλλήλων ἔξῆς ἔστι ταῦτα... Hac sententia complexus rerum omnium repetitur; pro falso singulari τοῦτο solum plurale ταῦτα (=πάντα τὰ ἐν κόσμῳ) ponendum est; praeterea non ἄλλῳ, sed ἄλλήλων scribatur oportet; ἄλλῳ est tantum mutilatio rectae formae ἄλλήλων, qui genitivus dependet ab ἔξῆς.

VI 45, 3 χοινότερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον <ἢ περ> ἐπὶ τῶν μερῶν λαμβανέσθω. «Utile» hoc loco generalius (et universalius) quam in partibus (=particularius et specialius) accipiendum est; opponuntur hic χοινότερον et ἐπὶ τῶν μερῶν (non μέσων); totum et partes (ὅλον et μέρη) inter se comparantur, vox autem τὰ μέσα ad ethicam, τὰ μέρη ad metaphysicam pertinet.

VI 47, 3 δεινοὶ ῥήτορες <Δημοσθένης, Αἰσχίνης, Λυσίας>, τοσοῦτοι δὲ... Nomina rhetorum excidisse videntur; ad Demosthenem cf. Fronto (ed. Haines, Loeb Classical Library) I 128; ad philosophos Fronto II 48.

VI 47, 3 initio ἔκει ἥδη μεταβαλεῖν... non δή, sed ἥδη scribendum est, quia ἥδη gradationem quandam significat.

VI 50, 1 πρᾶττε δὲ καὶ ἀκόντων <αὐτῶν>. Necessere est addi αὐτῶν, quod per haplographiam post ἀκόντων periit; ex antecedente illo αὐτοὺς repeti oportet αὐτῶν atque scribi, non solum subintellegi.

VII 10 πᾶν <τὸ> αἴτιον eadem ratione articulo ornandum est atque antea πᾶν τὸ ἔνυλον legitur.

VII 32 περὶ θανάτου <ἢ τοι διάλυσις> ἡ σκεδασμός. Ad vocem διάλυσις. Cf. II 17, 5. IV 21, 2. VII 50, 2. IX 32. XI 20, 3. XII 36, 4. Haec vox post θανάτου <ἢ τοι διάλυσις> addenda est, quia alterum quoque membrum sequens continet disjunctionem ἢ τοι - ἡ et quia ante ἡ σκεδασμός deest prior particula ἢ τοι; significat διάλυσις dissolutionem, mortem.

VII 34, 1 post οἶαι deest participium quod sic suppleo: οἶαι <τινες οὖσαι> καὶ οἶα.

VII 36 βασιλικόν <ἐστιν> εὑ μὲν πράττειν, χακῶς δὲ ἀκούειν. Cf. VII, 71 γελοῖόν ἐστι... Sententiae βασιλικόν... valde mutilatum erat initium.

VII 63, 1 στέρεται <τῆς> ἀληθείας. Articulus ponendus est, quia certa de veritate, non de aliqua incerta agitur. Praeterea hiatus evitatur.

VII 64, 2 ἐὰν... μνημονεύῃς καὶ μηδέν προσδοξάζῃς. Necesse est scribere μηδέν pro illo μὴ codicis; μηδέν est obiectum verbi προσδοξάζω.

VIII 3, 2 ἔχει δέ, ποίων ὑπόνοιο... ut πόσων sequitur, ita ποίων, non οἶων **antea scriendum est.**

VIII 8 <τὰς ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐχλογὰς> ἀναγινώσκειν οὐκ ἔξεστιν. Obiectum verbi «legere» periit, quod ex libro III 14 ad supplemandam lacunam sumpsi. M. Aurelius vult dicere sibi tempus ad excerpta legenda non esse, sed ad affectus animi sedandos tempus adesse.

VII 19, 2 πρὸς τί; <πρὸς> τὸ ἥδεσθαι; alterum πρὸς per haplographiam quandam excidit.

VIII 46, 2 οὐδὲν γὰρ ἀφόρητον ...Negatio οὐ simplex non videtur sufficere ad ἀφόρητον; propterea οὐδὲν scripsi, quod melius est quam τι alicubi addere. Pronomine οὐδὲν «dictum de nullo» et sententia gnomica introducitur.

VIII 47, 3 ὁμῶς δὲ καὶ ...adverbium significat «eodem modo» cf. Lexicon Homericum ed. H. Ebeling s. v. ὁμῶς.

VIII 48, 3 οὐδὲν γὰρ ὄχυρώτερον ἔχει ἀνθρωπος; spiritu aspero ἀνθρωπος pro ὁ ἀνθρωπος scripsi.

VIII 49, 3 βλέπω <τοῦτο>; id pronomen addendum est ut antea scriptum est ἤγγελται τοῦτο. Hoc pronomine sententia ipsa antecedens brevissime comprehenditur.

VIII 54, 1 συμπνεῖν τῷ περιέχοντι <πάντα> ἀέρι. Ut dicitur ibidem postea τῷ περιέχοντι πάντα νοερῷ, ita idem de aëre enuntiari potest, ergo scribatur τῷ περιέχοντι πάντα ἀέρι.

VIII 58, 2 εἴτε οὐχέτι αἰσθησιν <σχήση>, οὐ δὲ χακοῦ τινος αἰσθήσῃ. Necesse est addere verbum ad αἰσθησιν; neque enim ex antecedente φοβεῖσθαι ulla forma verbi ad αἰσθησιν potest recuperari; propterea ad sequens αἰσθησιν κτήση respiciens formam similiter desidentem σχήση praetuli.

VIII 59 ἦτοι δίδασκε οὖν <αὐτοὺς> ἢ φέρε Primum ἦτα contra ἢ codicis supplevi, quia τοι ante δι- per haplographiam excidisse videatur; deinde <αὐτοὺς> addidi, quod pronomen necessario ad δίδασκε postulatur.

VIII 60 in fine φέρεται κατ' εὐθὺ οὐδὲν ἦτον καὶ <φέρεται> επὶ τῷ προχείμενον. Verbum φέρεται bis ponitur, posterum a me positum est propter gravitatem motus mentis.

IX 2, 3 καὶ οὗτω σε οὐδὲ ἡ πεῖρα πείθει. Pro οὕπω σε conieci οὗτω σε, quod significat «te in hac consuetudine versantem».

IX 2, 3 ἡ πεῖρα πείθει φεύγειν. Pro φεύγειν scripsi φυγεῖν; est actio incipiens, quae hic significat: fugae se mandare, sed nondum in fuga esse.

IX 2, 4 <τοιοῦτος> λοιμὸς γάρ... illud pronomen addendum opinor esse, quia non de vera peste agitur, sed de metaphora quadam.

IX 5 οὐ μόνον ὁ ποιῶν <χαχόν> τι. Ex capitulo antegresso (IX 4) χαχόν etiam in IX 5 ponendum esse cognoscitur.

IX 9, 2 τὸ ἀερῶδες <πᾶν> ὄμοιώς. Ut antea γεῶδες et ὄγρὸν (pronomen) numerali πᾶν instruuntur, ita ad ἀερῶδες idem πᾶν accedere debet.

IX 9, 4 πᾶν τὸ <τῆς> χοινῆς νοερᾶς φυσέως. Articulus indicat solum unam naturam intellectivam (νοερᾶς) existere.

IX 16 οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' <ἐν> ἐνεργείᾳ; sic iam ante me Mенагиус addidit ἐν per haplographiam omissum; sed etiam in fine iterum eodem modo scribendum est <ἐν> ἐνεργείᾳ propter antecedens ἐν πείσει.

IX 16 τὸ τοῦ λογικοῦ πολιτικοῦ <τε> ζώου. Necessus est λογικοῦ et πολιτικοῦ copulare per voculam τε, quae per haplographiam quandam excidit.

IX 19 in fine καὶ <ὅ> χόσμος δὲ ὅλος. Idem est atque ὅλος ὁ χόσμος qui certus mundus est, non tamen incertus neque indefinitus.

IX 20 τὸ ἄλλου ἀμάρτημα ἔχεινῳ δεῖ καταλιπεῖν. Pronomine ἔχεινῳ ad ἄλλου id est eandem personam vitii alluditur, cum ἔχεῖ capi nequeat.

IX 21, 1 ὁρμῆς <σβέσις> impulsus extinctio ad σβέσις, cf. V 33, 5. VII 32; praeterea σβεννύναι, cf. index editionis Henrici Schenkl.

IX 21, 2 μεταβολὴ <οἰον> θάνατος. Ut in prima parte huius capituli legitur οἰον θάνατος, ita hoc loco comparatio quaedam adest.

IX 22, 2 συγγενὲς <τῷ σεαυτοῦ>. Solum συγγενὲς positum omnino non intellegitur; at si τῷ σεαυτοῦ (scil. ἡγεμονικῷ) additur, comparatio intellectus alterius hominis cum tuo intellectu atque cognatio quaedam potest concipi.

IX 28, 4 πάντας ἡμᾶς <ἥ> γῆ καλύφει Non aliqua terra, sed haec nostra nos omnes abdet.

IX 29 χειμάρρους ἡ τῶν ὅλων μανία. Non αἵτια, sed μανία recte hoc loco dicitur motus, quo omnia feruntur; est vortex torrentium fluminum, qui μάνια appellari potest. Aeschylus fr. 280 commemorat πλεκτάνη χειμάρρος.

IX 42, 9 σὺ γὰρ καὶ ἀφορμὰς ἔχ τοῦ γόνου εἶχε... E natura: id est ἐκ τοῦ γόνου, non λόγου, quae forma codicis mutilata est; facile erat librario qui scite, tamen iniuria ac praevare verbum philosophicum λόγου voluit adhibere, litteras permutare lectoresque frustrare.

X 9, 1 λιμός, πόλεμος, πτοία... Non μῆμος, quod perperam codex exhibit, sed λιμός scribatur necesse est; nam M (My) ortum est duplo Lambda (ΛΛ) posito; ad λιμός cf Homerus Od. 12, 342. Ovid. met. 8, 804 sq. Galenus 9, 388 πάνδημος λιμός. Basilius PG 31, 304-328 Migne.

X 21, 1 ἐρᾶ μὲν ὅμβρου <ἢ> γαῖα articulus ut in posteris nominibus ὁ αἰθήρ et ὁ χόσμος addendus est.

X 21, 1 ἐρᾶ δὲ σέλαος ὁ αἰθήρ. Obiectum amoris deest hoc loco; latet in illo codicis verbo corrupto σεμνός, pro quo σέλαος posui; σέλαος genetivus vocis σέλας (lumen, splendor) ita maiusculis litteris scriptum ΣΕΛΑΟΣ in σεμνός perperam mutatum est ac transpositum inter ὁ et αἰθήρ; primo contra σέλαος ὁ αἰθήρ recte exaratum erat.

X 26, 1 σπέρμα <τις> εἰς μήτραν ἀφεὶς ἀπεχώρησεν. Subiectum verbi ante εἰς propter haplographiam simillimamque pronuntiationem periit, scilicet τις.

X 31, 1 Commemorantur Euphrates (cf Galenus 14, 4) et Severus (cf Galenus 14, 629. 647. 653. 654. 656). Praeterea medici Kriton (cf Galenus 12, 445. Pauly-Wissowa s. v. Kriton nr. 7) et Xenophon (cf Galenus 14, 700).

X 32, 2 οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ <ό> λόγος μή <οε> τοιοῦτον ὄντα. Absentia articuli neglegentiae librarii documento est; necesse tamen est articulum praeponere, quia solum unica ratio in homine inest, non vero plures rationes. Praeterea οε adiunxi, quoniam totum capitulum 32 de secunda persona (σύ, σοῦ, σοι, οε) agit.

X 36, 7 ἀλλὰ νῦν διαλύει. Haec verbi forma et *secunda* persona praesentis indicativi medii pro διαλύῃ: sed nunc tu abis (ex hoc mundo, tu solveris e corporis vinculis).

X 36, 7 in fine ἔστιν γὰρ καὶ τοῦτο... id, quod codice traditur ἐν γὰρ, sensu caret; imno ἔστιν pro ἐν scribendum est, quod sine longa demonstratione intellegitur.

X 38, 1 ἔχειν γρηγορία. Pro ρητορίᾳ, quod codex exhibit, γρηγορία emendavi; sunt tres gradus vitae: 1. vigilantia. 2. vita ut motus. 3. homo ut culmen praesentiae.

X 38, 2 σχέπαρνος est fascia ad partem corporis violatam ligan-

dam; cf. Galenus 19,138 (in linguarum seu dictionum exoletarum Hippocratis explicatione); praeterea 10,441. 18 A 837; cf. Hippocrates περὶ ἀγμῶν 29.

XI 1, 3 περιέρχεται τὸν ὅλον χόσμον καὶ τὸ περὶ αὐτὸν κενὸν καὶ τὸ ὄχημα αὐτοῦ. Illud, in codice falso σχῆμα scriptum in ὄχημα correxi. Haec sententia tota e Diogene Apolloniate sumpta est, ut arbitror, ob eamque rem novum fragmentum, istius philosophi prae-socratici hoc loco tenemus. In collectione fragmentorum prae-socraticorum, quam fecit Hermann Diels, vol. II p. 67, 28 scriptum videmus γῆς ὄχημα κενόν τε αὐδέν ἔστιν τούτου, quae verba apud Hippocratem de flatibus 3 leguntur et ad Diogenem Apolloniatem auctorem red-eunt. Marcus Aurelius non raro philosophos arcessivit, qui ante Socratem fuerunt.

XI 1, 4 ἵδιον δὲ <τῆς> λογικῆς φυχῆς... Articulus τῆς addendum est ut in principio 1, 1 legitur τὰ ἵδια τῆς λογικῆς φυχῆς.

XI 5 τῶν μὲν περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως... Melius est ponere plura-lem τῶν ὅλων quam τοῦ ὅλου; nam XI 13, 4 legitur ἡ τῶν ὅλων φύσις XI 18, 2 φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα; VI 9 τὴν τῶν ὅλων φύσιν. Pluralis τὰ ὅλα clarius mundum indicat.

XI 18, 1 πρῶτον τίς ἡ πρὸς ἄλλους μοι σχέσις... Pro illo tam obscuro αὐτοὺς, quod mutilatum videtur, ἄλλους collocavi, ut intellectus sententiae manifestior atque magis perspicuus fieret.

XI 26 ἐν τοῖς τῶν Ἐφεσίων <τινὸς> γράμματι... His verbis no-vum fragmentum Heracliti Ephesii recuperatur. Marcus Aurelius complura iam eiusdem Heracliti fragmenta commemorat; cf. editio-nem maiorem quam fecit Henricus Schenkl (Lipsiae 1913) 196 s. v. Ἡράκλειτος. Illud pronomen τινος per haplographiam quasi effectu retrogrado ex sequenti τῶν παλαιῶν τινος periit; cf. Wilamowitz: Kleine Schriften V 1 (Berlin 1937) 158 «Basileidai» gens antiqua Heracliti.

XII 1. 5 ὅτε δήποτε πρὸς ἐξόνφ γείνη ... Ita γείνη scribo pro γένη; nam tempus praesens postulatur (ει = i).

XII 3, 2 τούτων τὰ μὲν μέχρι τοῦ ... pro illo codicis scripto τάλλα correxi ut legatur τὰ μὲν haec τὰ μὲν sunt σωμάτιον et πνευμάτιον.

XII 8 in fine ὅτι πᾶν γὰρ ὑποληφις. cf. II 15 πᾶν ὑπόληφις; ergo non πάντα, sed πᾶν γὰρ probabilius esse opinatus sum.

XII 10 διαιροῦντα εἰς ὅλην αἴτιον, <τύπον>, ἀναφοράν. Hoc loco agitur de quattuor causis rerum; nominantur tres: ὅλη causa mate-

rialis, αἴτιον causa efficiens, ἀναφορά causa finalis; deest causa formalis τύπος, quod per haplographiam post αἴτιον <τύπον> excidit.

XII 17, 2 ἡ γὰρ ὄρμή σου ἔστω εἰς τὸ πρέπον. Illa verba codicis εἰς τὸ πᾶν in εἰς τὸ πρέπον mutavi, ut melius intellegentur; πρέπον revocat ad Panaetium Stoicum. Cf. Cicero, *orator* 21, 7; *de officiis* I 27, 92.

XII 36, 2 ἡ φύσις ἡ εἰσαγαγοῦσά <σε> pronomēn σε post syllabam finalem -σα per haplographiam omissum est.

XII 36, 2 in fine εὶς χωμωδὸν ἀπολύοι τῆς σκηνῆς ὁ παραλαβὼν χορηγός. Choregus locat actorem, non imperator neque praetor locat comoedum; librarius Marcum Aurelium imperatorem esse cognovit; ob eamque rem hoc loco male στρατηγὸν pro χορηγὸν posuit. De χορηγὸς cf. W. Schmid: Geschichte d. griech. Literatur. 1. pars 2. voluminis (München 1937) 53.

EMIL ORTH.